



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De enormitate peccati ratione diuinæ præsentiae omnia intuentis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

DIONYSIVS CART.

Nunc itaque prædilecte, Deum in omnibus tibi
cordis zelo colamus, ac veneremur: & quicquid
valemus, ad eius reuerentiã per agamus: nec tra-
men aliquid dignum nos agere arbitremur, sed
quod plus facere non valemus cordialiter dolea-
mus: quoniam sicut ipse est immensæ maiestatis
ita est infinita reuerentia dignus.

De enormitate peccati ratione diuinæ pro-
sententiæ omnia intuentis.

Artic. X.



OC præterea auget gravitatẽ pe-
ccati, accumulaturque contemp-
tibus nostræ in deum, quod in
spectu atq; præsentia creatoris, au-
toris, ac iudicis nri peccare au-
demus. Ipse etenim deus noster

Eccle. 36.

potens, vniuersa præterita, præsentia & futu-
ra clarissime, æternaliter, & infallibiliter cõtemp-
tur, pensat, discernit: quem admodum S. Iob p-

Iob. 23

fitetur, Nonne deus scit viam meam, & om-
nes gressus meos dinumerat? Et denuo loquens d-

Idem. 13

Posuisti, inquit, in nervo pedes meos, & obser-
uasti omnes semitas meas, & vestigia pedum me-

Jerem. 32

rum considerasti, vnde apud Hieremiam habet-
ur, Fortissime, magne, potens, dominus exerci-
tus tuum nomen tibi, magnus consilio, et incompre-
hensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super
omnes filios Adam, vt reddas vnicuique secun-
dum vias suas. Nõne iudex terrenus, homo mor-
talis, reputaret grandem sibi iniuriam contum-
eliamq; inferri, si quis subditorum suorum in præ-
sentia & aspectu transgrediretur eius præ-
ceptum? Quanto magis summo cœlesti & æterni
que iudici magnã irrogamus inhonoratiõem
atq; ini-

atq; iniuriã, dum in eius aspectu qui vere vbiq;
 præsens, imo præsentissimus est, vniuersa que im-
 plet, diiudicat, ponderat, peccare non formida-
 mus? Hinc igitur mi amande, diuinam semper
 præsentiam cogita, diuini vultus aspectum ho-
 nora, diuinæ mentis puritatem vbilibet venera-
 re: & quod coram homine honesto ac probro a-
 gere verecundareris, coram deo altissimo agere
 erubescere, imo corã sanctitatis eius præsentia co-
 gitare aut desiderare non audeas, quod corã vi-
 ro bono ac sapiente loqui metueres. Deus qui p-
 pe intueñt intima cordis: & quod hominibus sunt 1. Reg. 6
 verba oris, hoc deo sunt cogitationes cordis. Rur-
 sus, quod terreno iudici sunt opera exteriora pe-
 nes quæ iudicat: hoc deo metuendo ac iusto sunt
 desideria ipsa interna, qui affectum pro effectu
 seu opere recipit. Nimis infelix vilis atq; iniustus
 est, qui hominum magis quam dei honorat præ-
 sentiam, metuitq; iudicium. Nõ ergo id tibi cha-
 rissime meus vnquam conueniat: sed illud san-
 cti Helix vbiq; & semper mente reuolue. Vi- Ibidem 17
 uit dominus in cuius conspectu sto hodie. Itaque
 (sicut ait Boetius) magna nobis indicta est be-
 ne agendi necessitas: quoniam ante oculos iudi-
 cis cuncta cernentis omnia agimus.

De enormitate peccati ex parte peccãtis.

Art. X I.

Vcusque de enormitate peccati tra-
 ctatũ est ex parte dei: in quem omne
 peccatum committitur mediate vel
 immediate. Quamuis enim quedam
 peccata dicantur esse in deum, quedam in pro-
 ximum, quedam in seipsum, puta in ipsum pec-
 cantem, eo q; quorundam vitiorum immedia-

M v te ma